



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniae, 1654

S. Anton, & Agapa V MM S Macarius Epis S. Attala Abb. 10. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Anton, & Agapa V MM S Macarius
Epif S. Attala Abb, 10, Mart,



Spes gloriae Caelestis.

Si amas mundum, absorbebit te totum. August.

Deus qui nos concedis S. Antonij
& Agapae MM tuorum (S. Macarij &
Gregorij Episcoporum) natalitia co-
lere: da nobis in aeterna beatitudine de-
eorum societate gaudere, Per Domi-
num N. Iesum Chr &c:

Ora pro defunctis, &

1. SS. Antonius & Agapa V. Niceæ
in Bithynia pro Christi fide fortiter
certando coronam adepti sunt.

2. B. Macarius Ep[iscopu]s Hierosolymo-
rum, circa annū Dni 318. sancta loca,
quibus Dni N. impressa fuerunt signa
operum mirabilium diuinorum, ut ab
ethnicis superstitionibus liberaren-
tur, apud Imperatorem Constantinum
& B. Helenam effecit. Sed & eadē loca
sacro sanctis Basilicis eiusdem B. Im-
peratricis impensis ornata dedicauit.

3. Attala Burgundus sub B. Colūba-
ni disciplina Luxouij educatus, eundē
in exiliū comitatus Bobiēsi monaste-
rio est præfectus cum igitur Molēdi-
nū loci Bobius fluvius subrueret, mis-
so diacono ad flumē uirtute signi cru-
cis & stipitis sui in ripa defixi, fluvij
impetū alio auertit. Rursus cū fratrū
quidā pollicē sibi demessuisset ac se-
pelisset, allatū ad se pollicē læsæ ma-
nui restituit, eadem S. Crucis uirtute,